



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 125. Recrudescent in Galliis dissidia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](#)

Sæcul. XV.  
A. C. 1418.

stantiam veniunt; Verum cum Imperator plurium urbiuin a Venetis occupatarum restitutionem sibi fieri instanter peteret, illi vero eas reddere detrectarent, cuncta indecisa mansere. Genuensium quoque postulatis Marchio Mont-ferratensis, illis summe indignatus, obstabat. Quamobrem tam hi quam illi re infecta domum regressi sunt.

### §. CXXIV.

#### *Legati a Papa in Galliam missi.*

*Juven. Ur-* Imperator Gallorum pacem cum Anglis  
*fin. hist. Ca-* ardenter exoptans, Papam permovit,  
*rol. VI. pag.* ut Legatos suos ad Carolum VI. mitte-  
ret, qui de reddenda concordia tracta-  
rent, & tandem intestina bella sedarent.  
Ergo Cardinales Ursinum, & S. Marci ab-  
legat. Hi Monasterioli ad Icaunii flu-  
vium, ubi utriusque partis Deputati die  
17 Maji convenerant, comitia agi pe-  
tierunt, in quibus pactum est, ut stabili-  
ta omnium præteritarum inimicitiarum  
oblivione, Delphinus, & Burgundiæ Dux,  
quamdiu Rex viveret, rerum summam ad-  
ministrarent.

### §. CXXV.

#### *Recrudescunt in Galliis diffidia.*

*Ibid. p.445.* Verum Armeniacus, Connestabilis, &  
Henricus de Merla Cancellarius,  
junctis

junctis quoque Primariis Regni Ministris, Sæcul. XV.  
 veriti, ne a caussis publicis excluderentur, vel Burgundiæ Ducis indignationem  
 experiri cogerentur, huic pacis articulo feso omnium virium contentione op-  
 posuerunt, adeo ut ferocius, ac olim  
 denuo intestinum bellum exardesceret. Parisienses novos tumultus exosi, eorum  
 Auctores persequuntur, & Burgundiæ Ducis factionem iterum iterumque cor-  
 robant. Ducis Amici, quorum pluri-  
 mos Parisiis numerabat, die 28. Maji in-  
 tempesta nocte Joannem de Villiers Insu-  
 læ-Adami Dominum unacum octingentis  
 Equitibus per portam S. Germani intro-  
 ducunt, clamantes; *Pax sit, & Bur-  
 gundus!*

## §. CXXVI.

*Lutetia Parisiorum a Burgundionibus  
 occupata. Cædes ibidem per-  
 petratae.*

Populus, donec Equites usque ad pla-  
 teas SS. Dionysii & Honorati pene-  
 trassent, quietus subsistebat, postmodum  
 vero Parisienses agmine velut facto erum-  
 punt, & se Burgundi copiis agglome-  
 rant. Tanaquilus Castelius, Lutetiarum  
 Præfectus auditio hoc tumultu accurrens,  
 Delphinum e lecto arripit, & sua toga  
 cubiculari involutum in Bastilliam, &  
 inde